J. M. J.

AUditur ; ubique Juriſprudentium ſtrepitus ad reſolvendum propoſitæ à Regio Fiſco quæſtionis Gordium ſuper officio ſtateræ vendito à Sereniſſimo Rege Ferdinando, in beneficium Druſiæ Garzulo, in quo ſupponit Regius Fiſcus adeſſe pactum inſitum reemptionis pro eodem pretio: inſudant legum Proceres, proviribus, propoſitum reſolvere dubii nodum, ut veritatis palmam adepto triumpho potiantur, inter igitur tot ſapientum rumores quieſcere minimè fas eſt, nitar & ego inter candidatos jurium vires experiri, ſaltem, ut illam Diogenis effugiam cenſuram, dum alii elaborant ipſe quieſcam, oppugnante enim Philippo Macedone Corinthum, ne ab aliis Cynicus otio reprehenderetur, dolium ſuum domicilium volutabat, inquiens: *voluto etiam ego dolium meum, ut ne ſolus otioſè feriari videar inter tot laborantes*, preciſè cum rogatus ſcribam.

Dum Regius Fiſcus intendit redimere eodẽ pretio officium ſtateræ farinæ, quo olim venditum fuit à Sereniſſimo Rege Ferdinando, intendit impreſcindibile eſſe tale pactum inſitum reemptionis cum venditione Reali.

Privilegium Regium tenoris ſequentis eſt:

Ferdinandus . . &c. ſuadet Magiſtra Prudentia. de rebus & bonis propriis, cum neceſſitas imminet .. alienare & conſulta deliberatione vendere, quo magis . . ſaluti Reipublicæ, & ſecuritati fidelium . . conſulatur. Occurrentibus igitur .. opportunitatibus, habendi pecuniam.. & ſignanter pro ſtipendiis..armigerarum gentium, quæ intrà, & extrà hoc Regnum .. utiliter, neceſſarioque militant; providimus prius ad fiſcalia noſtra bona recurrere vetatione gravare, ſicque poſſidentes juſtè. Gabellam ſtateræ ponderis farinæ Civitatis noſtræ Neapolis, ſivè ſtateram ipſam cum qua ponderatur farina..& volentes Gabellam, ſivè ſtateram ipſam pro ejuſdem ſtatus noſtri neceſſitatibus imminentibus vendere..ad tractatum..devenimus cum magnifica dilecta, & fideli noſtra Druſia Gazulla de Neapoli, & intendentes tractatum ipſum tanquam rem nobis, & Reipublicæ .. Utilem & neceſſariam matura noſtri Sacri Conſilii deliberatione .. cum ipſa Druſia tanquam plus offerente ad effectum realiter ducere imminentibus præſertim noſtris neceſſitatibus .. & aliis.. rationibus & cauſis ad id noſtram mentem inducentibus, præſentis Privilegii . . tenore de certa noſtra ſcientia .. ac ſpontanea voluntate, ac cum deliberatione, & approbatione dicti noſtri Sacri Conſilii, autoritate dominica, ac plenitudine poteſtatis, omni juris, & facti ſolemnitate ſervata, dictam Gabellam ſtateræ..cum omnibus..juribus .. ad ipſam ſpectantibus, eidem Druſiæ, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, & in burgenſaticum vendimus, atque alienamus, præſenti quidem ementi .. ac ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus pro pretio .. convento, & finali pagamento .. ducatorum mille, & ſex centorum .. per ipſam Druſiam ſolutorum, recipiente .. Magnifico Michaeli de Afflicto noſtro Generali Theſaurario, de quibus quidem .. per ipſam Druſiam .. ſolutis, nos; & noſtrarum Curiarum tenemus .. integrè pagatos, exceptioni..non numeratorum..de prædicta noſtra ſcientia renunciamus, transferentes in eamdem Druſiam, ejuſque hæredes, & ſucceſſores in perpetuum omne jus, omnemque actionem realem, & perſonalem, utilem, & directam, mixtam, & in rem ſcriptam in burgenſaticum, & in perpetuum, nil propterea juris, ſeù actionis nobis, & noſtræ Curiæ, ac hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, in hoc Regno retinentes, vel quomodolibet reſervantes, necnon ad vendendum, & alienandum, tanquam de re propria burgenſatica ipſius Druſiæ, ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum .. volentes inſuper, & declarantes de eadem certa noſtra ſcientia, quod ſi dicta noſtra Gabella, ſive ſtatera..plus valeret, & ipſius valor ſive pretiũ excederet dimidium juſti pretii, id, & quicquid ultra dictum pretium, nunc de præſenti, & ſucceſſivo tempore ad quamcumque ſummam aſcenderet, eidem Druſiæ, & ejus hæredibus, & ſucceſſoribus .. intuitu ſingularis noſtræ in eam benevolentiæ donamus, & ex gratia ſpeciali elargimur; inveſtientes propterea per noſtrum anulum .. dictam Druſiam, ejuſque he-

A re-

7

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

redes in perpetuum, & in burgenſaticum de poſſeſſione.. Statera prædictæ decernentes expreſsè, quod ſolummodo vigore præſentium ipſa Druſia poſſit, & valeat poſſeſſionem dictæ Gabellæ, ſeu ſtateræ capere, & apprehendere, illamque exercere facere per homines quidem fideles, idoneos, & legales; ita quod.. tam vendenti, quam ementi jus ſuum, & æquum pondus tribuatur, de quorum quidem culpis dicta Druſia, ejuſque hæredes, & ſucceſſores nobis, & noſtræ Curiæ principaliter teneantur, juraque., & introitus .. ipſius exigere., ſuiſque utilitatibus applicare, & de illis facere, & diſponere, quicquid quilibet verus Dominus, & Patronus de qualibet re ſua propria facere, & diſponere poteſt .. legibus conſtitutionibus .. & aliis in contrariũ .. diſponentibus non obſtantibus quoquomodo, quas . . noſtra authoritate dominica, legibus abſoluta tollimus, ſupplentesque .. omnes defectus ſolemnitatis, qui forſan requirerentur, & neceſsè eſſent, nec non omnes clauſulas neceſſarias, quæ forſan.. ſcribi deberentur, quas de eandem noſtra ſcientia .. volumus pro eſpreſſis, & ſpecificè declaratis, promittentes inſuper.. & jurantes dictam alienationem .. Gabellæ, ſive ſtateræ prædictæ eidem Druſia, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus factam ratam omni futuro tempore habere, illamque & ſuos hæredes, & ſucceſſores prædictos defendere.. à cunctis moleſtiam .. quomodolibet inferentibus Illuſtriſſimo propterea Alphonſo, &c.

Inſurgit cum ſua inſtantia Regius Fiſcus hoc modo: *Comparens intendit pro nunc admitti ad exercendum jus luendi, seù reemendi dictam Gabellam pro priori ſumma ducatorum mille, & ſexcentorum, pro qua fuit vendita à Sereniſſimo Rege Ferdinando I. præfata, quondam Druſia, cum jus perpetuum ſemper intelligatur tacitè appoſitum in contractibus emptionis, & venditionis quoties expreſsè non exprimitur fieri alienationem absque ipſiuſmet juris reſervatione. Quod indubitantèr procedere eo magis debet in caſu præſenti, in quo agitur de venditione Gabellæ, & conſequenter de venditione Regaliæ Majoris, perſonæ Principis infixa, & inſeparabilis à Corona, ſive ipſi Coronæ annexa: imo pro ſpeciali Principis decore, ac pro Regni cuſtodia impoſita. Nam in hujuſmodi caſu pactum reemendi cenſetur certò certiùs contractui alienationis inſitum, & de natura ejuſdem contractus conventum, ſeù reſervatum, inquam annexum, & infixum bonis patrimonialibus Principis, ac propterea exerceri quomodocumque poteſt nulla data etiam longiſſimi temporis præſcriptione in vim preæminentiæ, & prærogativæ Regalis, cujus intuitu redimi, & lui eodem pretio poſſunt res omnes à Principis Patrimonio diſtractæ, &c.*

Recurrit id circo ad ipſam Regiam Junctam, & citra præjudicium, tam jurium, in hac cauſa deductorum per Dominum Fiſci Patronum Regalis Patrimonii, quam aliorum per comparentem ſuò loco, & tempore, quatenus opus ſit deducendorum, ſignanter circa devolutionem dictæ Gabellæ, inſtat pro nunc mandari, quod liceat & licitum ſit comparenti ipſi nomine Regiæ Curiæ exercere via executiva dictum jus reemendi Gabellam prædictam, pro dicto pretio duc. mille, & ſexcentum, & ſucceſſive, quod facto depoſito dictæ ſummæ immittatur in ejuſdem poſſeſſione, ſeu quaſi proteſtatione tamen præmiſſa, quod depoſitum prædictum non liberetur, ſed firmum remaneat pro reſtitutione quantitatum indebitè à dictis poſſeſſionibus exactarum ad Regiam Curiam ſpectante, pro qua petit etiam fieri ſequeſtrum ſuper aliis bonis eorundem poſſeſſorum, & ità &c. ſalvis &c. citra præjudicium &c. cum reſervatione &c. omni meliori modo &c.

Verum quæ Regius Fiſcus ſibi propoſuit tribus reſolvam rationium punctis.

Primo: *Nullo modo competit pactum inſitum Regio Fiſco, nam ſi competeret uti venditor, competeret quoque particulari uti emptor. Inſuper tale pactum reluctat ordines Reales, & Reg. Pragm.*

Secundo: *Non competit Regio Fiſco allegare adeſſe pactum inſitum in officiis non autem in feudis, nam ſi adeſſet in officiis eſſet etiam in feudis cum ſint exequata.*

Tertio: *Talis inſtantia eſt contra mentem Suæ Cæſareæ, & Catt. Maj. contra jura, ac mentem ſanctorum Patruum.*

Primo: Nullo modo competit pactum inſitum Regio Fiſco, ſi enim ei competeret uti venditor, competeret quoque particulari uti emptor, inſuper tale pactum reluctat ordines Reales, & Regias Pragmaticas.

Privilegium, aut eſt nullum, aut perfectum, & va-

Digitized by Google

& validum: ſi nullum: & non entis nullæ ſunt partes, ſeu qualitates, *l. ejus qui in Provincia, ff. ſi certum petatur, l. ſi chorus. ff. de legatis 3. Rolan. conſil. 57. num. 59. vol. 1. Surd. conſil. 217. num. 16.* Illud enim quod nullum eſt non poteſt producere effectum; evidens enim eſt, quod deſtructo fundamento ædificium pariter deſtruitur, & in nihilum reducitur, *l. non dubium, C. de legibus, Mantic. dec. 213. num. 3. Manſ. conſul. 32. num. 8.* Quod nullum eſt reſcindi non poteſt, *l. nam etiam ſi, §. poſt defectum, ff. de injuſto rupto irritoque & Vaſq. conſult. 70. num. 8. Borgoin. deciſ. 2. num. 42. & 43. lib. 2.* Et veniendo ad pactum inſitum venditio reſcinderetur, *l. ſi creditor 7. ff. de extractione pignoris*; nullum tamquam ſi contractus factus non fuiſſet cum actus nullus perindè ſit, ac ſi nullo modo celebratus fuiſſet, *Menoch. conſil. 230. num. 13. Surd. conſil. 157. num. 13. Rota Romana deciſ. 579. par. 1. recenſ.*

Aut privilegium eſt perfectum, & validum. Si perfectum: ergo non admittitur pactum inſitum, à quo imperficitur, & omninò illud excludit, ex eo quia pactum inſitum repugnat naturæ contractus venditionis: nam talis contractus eſt individuus, tam jure venditionis, ſtipulationis, voluntatis, & juramenti, quam jure legum, & rationum, ut funditus, ac elegantiſſimè à noſtris jurisprudentiæ candidatis publicè hucuſque demoſtratum accepimus.

Quod inſuper conſiderandum eſt pactum tacitum non poſſe deſtruere pactum expreſſum in contractu emptionis, & venditionis; At ſi daretur tale pactum inſitum prætenſum, redderetur nullum pactum expreſſum venditionis; Ideoque omninò excludendum præciſe quia nullo modo ſervaret æqualitatem, quæ ſemper ſervanda eſt omni jure inter Emptorem, & Venditorem, ſunt enim Venditor, & Emptor correlativi, nec uni aliquid competere poteſt, quod alteri negatur, & è contra; quomodo tale pactum poteſt fovere Venditori, & Emptori nocere? Uterque ligatur contractu, non autem Venditor per tale pactum fuit ſolutus, & Emptor ligatus, vel igitur, uterque ſolutus, vel uterque ligatus. Competit pactum inſitum Venditori? Ergo etiam Emptori, ut ſervetur natura veri contractus, ut infra Patrum auctoritatibus explanabimus. Cum Princeps in tali contractu utatur, privato jure, & liget ſucceſſorem, ita ut ipſe met Deus promiſſis ſtare teneatur, ut deſide, & per DD. antiquos, & modernos relatos a *Manſ. to. 1. conſul. 49. a n. 16. & ſeqq.*

Privilegium eſt perfectum, pactum illud excludit, ut per DD. relatos à *Maradea pract. obſer. obſer. 72. in* §. 9. los encon-veniantes, addocendo reſponſum *Bartholomai Franchi*,
,, & in *num.* 78. dicit: In-
,, ſuper dicitur, quod in prædicto Privilegio
,, dicit Imperator Carulus V. illud concede-
,, re de plenitudine poteſtatis, ut in num. 33.
,, ibi: de omnie prædicta de certe noſtra
,, Scientie, & plenitudine Poteſtetis noſtræ,
,, legibus abſoluta.
,, Ex quibus verbis colligitur Mens Principis
,, concedentis, ut prædictum Privilegium
,, habeat ſemper executionem, non obſtan-
,, te quolibet defectu in aliqua ſolemnitete;
,, Nam, ut feude, quæ per prius erant Hæ-
,, reditaria ex nova inveſtitura, ſive Princi-
,, pis eſſenſu, poſſint fieri ex pacto; & Pro-
,, videntia, non requiritur pleoitudo pota-
,, ſtatis; Nam quilibet Princeps ſuperiorem
,, non recognoſcens, poteſt inveſtituras feu-
,, dorum facere ed ſui libitum, vel de allo-
,, diu concedere in Faudum, vel Fauda
,, concedere in allodium; Et Feudorum ne-
,, torem ad ſui libitum mutere; *Andr. in*
,, *cap.* 1. Nam, & illud de eu, qui ſibi, &
,, *ex heredibus ſuis num.* 4. Dicit; quod
,, Princeps ponit legem, quam vult; & tol-
,, lit poſitivam, quando vult; Ubi *Liparu-
,, lus in ver.* hoc varum eſt, dicit, nota,
,, quod ſolus Rax dat formam, & conditio-
,, nem novam apponit in feodo.
,, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. de origine Baro-
,, num *num.* 13. per dictam Doctrinem *An-
,, drea* dicit; quod poteſt Rax bune feodelie
,, mutare, etiem contra leges feudeles, &
,, alleget alios Doctores; & numeris ſequen-
,, tibus probat, quod poteſt de feudo facere
,, burgauſaticum, & Baroniem in demanium
,, reducere, ut non ſit faudum. Et nom. 35.
,, quod Rex noſtri Regni dicitur Monerca.
,, Sed prædicta clauſula de plenitudine pote-
,, ſtatis foit, & cenſatur eppoſita pro omni
,, obſteculo, removendo, quod da jure poſi-
,, tivo apponi poſſet pro dicto Privilegio
,, annullando, quia Princeps ſupra jus di-

,, ſpoſuit, *l. Princeps 31. ff. de legibus*, *cap.*
,, *illa 39. de electione Clement. Paſtoral. in*
,, *fine de ſententia*, *& re judicata*.
,, *Remirez* de ſuprema, & abſoluta Principis
,, poteſtate, §. 28. num. 5. circa finem, dicit
,, hæc verba: Circa ſecunda verba, quibus
,, Principes utuntur ad ſignificandum ſe vel-
,, le plena ex abſoluta poteſtate in aliquo
,, uti ſunt clauſulæ in eorum reſcriptis, &
,, mandatis adjectæ, inter quas primum lo-
,, cum obtinet clauſula de plenitudine pote-
,, ſtatis, quæ omnes alias ita ſuperat, ac di-
,, xit *Pariſius* eam non tolli à regula inva-
,, lidante clauſulas motu proprio, & ex cer-
,, ta ſcientia, quia enixè oſtendit illam ap-
,, ponentem voluiſſe ſecundum eam proce-
,, dere, atque ita omnes juris defectus ſup-
,, plet, ut nihil opponi poſſit, quod annul-
,, let reſcriptum, & eà ſolus Princeps Su-
,, premus uti poteſt, qui legibus ſuperior ſit,
,, cum per illam ſignificet non velle legibus
,, ſubeſſe illud, ſuper quod reſcribitur hæc
,, *Ramirez*. Qui id non nullis graviſſimorum
,, Doctorum authoritatibus comprobat, quos
,, ibi refert, & ſequitur.
,, Et quod per prædictam clauſulam de ple-
,, nitudine poteſtatis cenſeantur ſubleti om-
,, nes juris defectus circa ſolemnitates; pro-
,, bat *Card. Tuſc. citata conclus. 342. n. 4. to. 2.*
,, Quem refert, & ſequitur *Barboſa de clauſ.*
,, *uſu freq. clauſ. 41. n. 17.* ibi *ex Alex. & Tuſco*
,, probat quod licet donatio inter Patrem, &
,, Filium in poteſtate exiſtentem ſit nulla ta-
,, men ſi donator ſit Princeps, qui Filio in
,, poteſtate exiſtenti donet, & dicat illam fa-
,, cere de plenitudine poteſtatis, talis donatio
,, valebit; Ex quo clauſula iſta tollit omnes
,, defectus, ac ſupplet omnes ſollemnitates.
Ludovic. Rodolphinus in ejus tract. de ſupre-
,, *ma ſeù abſoluta Principis poteſtate cap. 5.*
,, *num. 1.* probat; ut nihil opponi poſſit,
,, quod annullet gratiam, ſeù conceſſionem
,, à Principe factam de plenitudine poteſta-
,, tis, & ad hoc allegat *Dec. Pariſ. Alciat. &*
,, *Grammat. & num. 4.* probat prædictam
,, clauſulam habere vim clauſulæ derogato-
,, riæ ad omnem legem contrariam, etiam
,, habentem clauſulam derogatoriam, quem
,, refert, & ſequitur *Barboſa de clauſul uſu*
,, *freq. clauſ 41. n. 9.* & ante eum *Card. Tuſc.*
,, *dict. lit. C. concluſ. 341. idem probat num. 1.*
,, Idem *Rodolphin.* ubi ſupra num. 7. poſt
,, *Cur. ſen. Pariſ.* & alios probat prædictam
,, clauſulam de plenitudine poteſtatis cum
,, aliis clauſulis, ex certa ſcientia, motu
,, proprio, operari, ut ſuppleantur omnes
,, juris poſitivi ſolemnitates.
,, Et quod dicta clauſula tollat omnia juris
,, ſubſtantialia, & de jure requiſita poſt *Guid.*
,, *Pap.* probat *Card. Tuſcus littera C. dicta*
,, *concluſ. 342. num. 3.*
,, Si igitur prædicta executoriatio eſt intro-
,, ducta de jure poſitivo, ſcilicet per dictam
,, Regiam Prag. quid dubii erit, quod cen-
,, ſeatur ſublata, & ei derogatum per di-
,, ctam clauſulam de plenitudine poteſtatis.
,, Item adducitur doctrina Angeli conſ. 366.
,, quem refert, & ſequitur Tuſcus dicta
,, concluſ. 342. num. 2. quod prædicte clau-
,, ſule de plenitudine poteſtatis, juncta cum
,, illa ex certa ſcientia operatur, quod non
,, poſſit aliquid opponi contra Privilegium.
,, Quos refert, & ſequitur *Barboſa de clauſ.*
,, *uſu freq. clauſ. 41. num. 20.* qui ultra præ-
,, dictos allegat alios Doctores graviſſimæ
,, auctoritatis dicto num. 20. cum ſeq.
,, Idem probat *Marſcot. variarum lib. 20.*
,, cap. 19. num. 46. Conſ. Minad. deciſ. 42.
,, num. 3. ex doctrina *Baldi in cap. 1. §. Si*
,, *quis autem*, inſtituto de pace coſtante
,, infert quod debet imponi perpetuum ſi-
,, lentium ei; qui venit ad impugnandum
,, illud, quod ex certa ſcientia, & de pote-
,, ſtatis plenitudine Princeps fecit.
,, Et *Rodolph. in dict. tract. de ſuprema, ſeù abſo-*
,, *luta Principis poteſtate dict. cap. 5. n. 7.* pro-
,, bat, quod actus factos de plenitudine pote-
,, ſtatis ſupplet omnes defectus, adeò quam de
,, ejus viribus non poteſt amplius diſputari;
,, ità quod de invalido validum facit.
,, Et ex prædictis Reg. *Rovit.* in dicta Prag.
,, unica de Privilegiis infra annum præſen-
,, tandis num. 4. licet de eis non faciat men-
,, tionem ex doctrina *Barbatiæ conſil. 26.*
,, *num. 13. & 15. volum. 2.* & ex aliis dicit
,, prædictæ Pragmaticæ diſpoſitionem limi-
,, tari in privilegio conceſſo à Principe de
,, plenitudine poteſtatis.
,, Quæ tantò magis in caſu noſtro procedunt,
,, ſtante quod prædicta clauſ. de plenitudine
,, poteſtatis, non ſemel, ſed pluries in Privi-
,, legio, de quo agitur fuit repetita, & proin-
,, dè oritur juris concluſio, quod actus gemi-
,, natus inducit majorem firmitatem, & plus
,, operatur, quam ſimplex, prout ex ll. Di-
,, ſpoſitionibus, & Doctorum authoritatibus
,, probat *Barboſa in axiomate juris uſu freq.*
,, *axiomate 12. num. 14.*

,, Et

Digitized by Google

„ Et tandem circe prædictem Clauſulem
„ de plenitudine poteſtetis, rogo Dominus
„ Judicantes, ut bene conſiderent Conſilium
„ *Joannis Baptiſtæ Zileti* 3. ad cauſas ultimæ
„ voluntatis, in quo numero 36. cum ſequen-
„ ti dicit hæc verba.
„ Quia videmus ea omnia multum ampla
„ pregnantia, & repetita, ac clauſulas mo-
„ tus proprii plenitudinis poteſtatis, & cer-
„ tæ ſcientiæ in ſe habentia, quæ quantum
„ operentur ſi in hujuſmodi Privilegiis ap-
„ poſitæ eſſe reperientur, neminem latet,
„ quoniam credendum eſt illud, quod in eiſ-
„ dem continetur eſſe verum, nec poſſe in
„ dubium refricari, ut ex eiſdem per Princi-
„ pem, & habentem eandem poteſtatem,
„ ob eo, ut dicemus *infra*, omnes defectus
„ ſuppleviſſe, adeò ut de viribus eorum non
„ ſit diſputandum, intantum, ut perpetuum
„ ſilentium ex eis imponi poſſit, etiam ante
„ litem conteſtatam, & ad propoſitum ver-
„ borum pregnantiam geminatorum, ac re-
„ petitorum, latiſſime, & enixam volunta-
„ tem oſtendentium, & cum plenum, & li-
„ berum habeat arbitrium nemo poſſet dice-
„ re, cur ita facis? Imo ſacrilegium ſit de
„ ejus poteſtate ampliſſime diſputare, in-
„ tantum, ut ex communi ſententia ſupra
„ jus, & extra jus (& eſt mirabile verbum)
„ omnia poſſit.
„ Hæc *Ziletus*, quæ omnia ille optime proba-
„ vit. Hæc *Maradea*.

Joſeph de Roſa conſult. 12. *num.* 35. tractat etiam de *Pragm. unica de Privilegiis*, quæ mandat, ut Privilegia infra annum executoriari, & regiſtrari debeant, ſed ſi infra annum non ſunt exécutoriata, & poſt annum repreſententur, nihil juvant, cum ex nunc pro tunc declarentur nulla, nec Prorex, ejuſque Collaterale Conſilium diſpenſare poteſt, ſed ſi Privilegium habeat clauſulas ex certa ſcientia, motu proprio, de plenitudine Poteſtatis, ac non obſtantibus legibus in contrariũ &c. eo caſu non eſt neceſſe Privilegium executoriari, dicit cum *Rovit. Roland. Sola*, & alii.

Rex omnia reſervata exercere poteſt in ſuos Subditos, ſicut Imperator in univerſo Imperio, dicit *Alexander in conſ.* 2. *num.* 9. *& conſ.* 11. *num.* 9. *volum.* 7. *Soccin. conſil.* 4. *volum.* 3. *num.* 11. *Menoch. conſ.* 604. *Surd. conſ.* 1. *num.* 12. *& conſ.* 278. *num.* 14. *Peregrin. de Jure fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 76. Nam Rex dicitur lex animata in Regno ſuo, & eſt tanquam Deus: *Curſ. ſen. conſ.* 66. *Camil. de Curt. in* 1. *part. Diverſ. Jur. feud. in §. ſemper num.* 30. *Clorit.* 1. *reſp. p.* 1. *num.* 121. *dicit, quod Rex dicitur habere Jura Imperii num.* 171.

Nec refragatur Fiſco *Textus in cap. intellecto de jure jurando*, in quo videtur interdicere alienationem, quanto fortiùs, quod Officium hujus Stateræ dicat Regius Fiſcus eſſe regaliam majorem.

Quod non ſit Regalia major reſpondet *Joſeph de Roſa in præludiis Feudalibus lect.* 4. *num.* 7. diſtinquendo Regaliam Majorem, à Regalia Minori: Major ſcilicet exprimit ea, quæ ſunt Principi in ſignum ſupremi Dominii reſervata, & reſpiciunt ipſius Supremam Poteſtatem,, puta leges condere Magiſtratus facere, Monetam imprimere &c. Regalia minor reſpicit ea, quæ reſpiciunt Principis utilitatem, uti ſunt hæc jura Gabellarum, exactionum, & ſimilia.

Per præſtantiſſimos Viros, & fama celeberrimos Advocatos accepimus fuiſſe probatum, poſſe alienari à Sereniſſimis Regibus hujus Regni, & Feuda, & Regalia per *Conſtit. Scire volumus de Juribus rerum Regalium, & Conſtit. ſeq. Dignum.*

Ac etiam adeſt Conſuetudo alienandi demanialia, ſivè Regalia cum *Tappia in dicta Conſt. dignum lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 13. *fol.* 21. cum Camerario, *Anna, De Curt. Raggon. de Giorg. Maſtril. & aliis.*

Sequeretur non poſſe quoque infeudare de novo, ut diſcurrit *Reg. de Pont. de his, qui feud. dare poſ. num.* 44. ſub his verbis: *Item quod prohibitus alienare, eſt prohibitus infeudare in cap.* 1. *§. Sed, & res, per quos fiat inveſtitura; ubi Gloſſa, & Scribentes communiter; Igitur etiam Infeudatione procedit diſpoſitio Tex. in cap. intellecto, militante eadem ratione*, hæc de *Aponte*, ſi vero hæc ratio attenderetur, quis dubitat inde ſequeretur, nec etiam poſſe donare, quod minimè dicendum eſt, imò venerandæ potius nobis ſunt diſpoſitiones Reales.

Si Contractus dictat: *Approbatione noſtri S. C. authoritate Dominica tranſferentes in perpetuum omne jus . . omnemque actionem nihil propterea juribus noſtris, & noſtræ Curiæ . . . & ſucceſſoribus noſtris reſervantes . . donamus, & elargimur legibus con-*

ſtitutionibus in contrarium diſponentibus non obſtantibus. . Dictio ſemper, in perpetuum, debet intelligi in omni caſu, denotando ſempiternitatem. *Gratian. cap.* 601. *n.* 36. ac omnimodam, & totalem exequtionem, *Rot. par.* 17. *recentior. deciſ.* 16. *n.* 22. *& ſeq.* Item dictio omnino adjecta orationi negativa accipitur pro nullo modo nullo caſu præcise, & indiſtinctè *Magon. deciſ.* 16. *n.* 21. & operatur indiſtinctè, & ſinè aliqua exceptione; *idem deciſ.* 57. *n.* 14.

Nihil reſervans; hoc pactum abſque dubio erit ſervandum, *l. juris gentium*, *§. Prætor ait, ff. de pactis*; & ratio traditur à J. C. *in l.* 1. *ff. eodem*, & ideò non licet, à verbis pacti recedere, *Dec. conſ.* 298. *n.* 1. *Jaſon. in l. ſi ſtipulator*, *ff. de verbor. oblig. Staiban. reſol.* 21. *n.* 14. *tom.* 2. *fol. mihi* 73.

Immò tacitum, minorem vim habet quam expreſſum, *Abbaſ. in cap. dilecti de foro compet.* & non ità latè interpretatur ſicut expreſſum; *Jaſon. in l. cum quid colum.* 2. *ff. ſi certum petatur*, *Socein. conſil.* 72. *n.* 36. *volum.* 1. *Glorit. reſpon.* 2. *n.* 6. Sequeretur etiam aliud abſurdum, quod tacitum æquidem excluderet expreſſum, & eſſet plus carentia legis: quam ipſa lex.

Privilegium æterna firmitate conſtare debet, *can.* 1. *&* 2. *q.* 2. *can. celebritatem de conſe. diſt.* 3. exercendo pactum inſitum reſcinderetur venditio, *l. ſi creditor* 7. *ff. de diſtractione pignoris*, & dando pactum inſitum eſſet directè contrarium præfatis juribus; ac contra *l.* 3. *&* 7. *C. de reſcind. vend. Ramon. conſ.* 37. *n.* 285. *Bimio. conſ.* 224. *n.* 42. *Pereg. de jure Fiſci lib.* 6. *n.* 19. *& ibi Doctores*.

Nec valet allegare obſervantiam aliquarum Regionum, nam ibi adſunt leges ſpeciales dictorum locorum, & venditiones fiunt, aut cum expreſsò pacto, aut tacitò reemendi, ſed non pro juſto pretio dum DD. comuniter dicunt pactum affrancandi eſſe minus pretium in quarto, ut per nos ad *Staib. de intereſſe cap.*

In Regno noſtro, ſi quis vendat fundum ſtabile, vicinus reluit pro eodem pretio, vigore Conſtitutionis *Federici*. *Sangiæus de jure prothomiſios*; Si Clericus in hac Civitate vendat rem ſtabilem alteri Clerico, vicinus non poteſt retrahere; ità à pari &c.

Contractus emptionis, & venditionis de ſui natura eſt individuus, *l. Cum ex cauſa*, *ff. de verborum*, *& lege ſi quis*, *ff. de ſolut. & ex l. fiſtulas*, *§. pen. ff. de contrah. empt. l. quod ſi nolit*: *§. Marcellus*, *ff. de ædil. Ædict. l. Quod autem*, *§. ult. cum l. ſeq. ff. de in diem adject. Hermannott. Dec. in dict. l.* 4. *§. Cato num.* 229. *ubi Alciat. num.* 55. *&* 57. *Socein. jun. num.* 132. *Bolognett. num.* 271. *Cagnol. in l.* 2. *C. de pact. inter Empt. num.* 102. *Cephal. conſ.* 407. *n.* 45. *vol.* 3., *& conſ.* 461. *vol.* 4. *Equinar. Baro lib.* 3. *de Individ. cap.* 12. *n.* 9. *&* 15. *Ronchegall. in l. eandem num.* 85. *ff. de duobus reis*, *Surd. conſ.* 13. *vol.* 1. *Gaill. lib.* 2. *pract. obſer. cap.* 14. *Petr. Gregor. lib.* 26. *cap.* 2. *num.* 15. Nam non ſervat formam contractus, quæ ex integritate conſiſtit *l. ædes*, *§. Idem juris*, *ff. famil. ereiſcun. Jaſ. conſ.* 216. *vol.* 2. *Bect. dicto conſ.* 45., ac eſt individuus ratione voluntatis Contrahentium *l. Pedius*, *ff. de recep. arbit. Mart. de juriſdict. part.* 4. *caſu* 118. *num.* 14. *Seraphin. deciſ.* 125., ac eſt individuus ratione ſtipulationis *l. Stipulationes non dividuntur*, *ff. de actionibus empti*; ac individuus ratione juramenti, *Surd. deciſ.* 16. *n.* 4. *Reg. Latro conſult.* 83. *num.* 3. *tom.* 2. *Mangin. de juramento part.* 4. *effectu.* 47.

Venditor, & emptor ſunt correllativi, & correlativorum idem debet eſſe effectus, & judicium: *Manſ. conſult.* 616. *num.* 23. *tom.* 7. Si Fiſcus uti venditor haberet pactum inſitum ad petendam rem, ità emptores Fiſei haberent pactum inſitum ad petendum pretium; Nam in individuis non dicitur quis gaudere beneficio alterius, quod prò ſe ipſo habere non poteſt, *l. prima*, *C. in una cauſa*: *Odd. de reſtit. in integ. p.* 1. *q.* 46. *num.* 2. *&* 3. *Magon. deciſ. lucenſ.* 46. *n.* 17. Sic è contra in individuis *DD.* pro indubitato docent beneficium, quod uni competit, etiam alteri prodeſſe, *Menoch. remed.* 15. *recep. poſt n.* 121. *Lambertin. de contract. q.* 86. *num.* 260.

Fiſcus non eſt privilegiatus, niſi quatenus reperiretur hoc expreſſum in jure, & utitur jure privati, *Gloſſ. in l. item veniunt*, *§. in privatorum verbo publica*, *ff. de petit. hæreditatis*, *Dec. in l. juſtum*, *C. de edendo num.* 2. *fol. mihi* 125. Si Fiſco competeret pactum inſitum, uti venditori, etiam competeret emptoribus Arrendamentorum, & Regaſium ad petendum pretium. *Textus* eſt expreſſus *in l.* 3. *C. de re-*

de re-

Digitized by Google

de reſcind. vendit. ibi: *Ratas manere ſemper factas jure venditiones, veſtra etiam intereſt; Nam ſi oblato pretio reſcindere venditionem facile permittatur, eveniret, ut ſi quid vos de laboribus veſtris à Fiſco noſtro vel à privato comparaveritis, eadem lege convenimini, quam vobis tribui poſtulatis.*

Nec prodeſt Fiſco: Si dicat hoc currere in Fiſco Patrimonii Privati Principis, non in Fiſco, & in Patrimonio Principis, uti Princeps, & dato pro manutentione Principatus; Nam ſatis doctè reſpondet noſter Collega eſſe unum Fiſcum, cum *Ottomano q. illuſtr. q. 1. circa princip. verſ. Sed quoniam, cum Alciat., Duaren., Cujac., Perez, & aliis.*

At vetuſta vetuſtis relinquendo relinguimus leges promulgatas à *Valenciano, & Theodoſio*, qui regnaverunt anno 382., ut dicit *Loſc. in compendio Hiſtorico Imperatorum fol. 256.*, ſed Juſtiniani, qui dominatus eſt anno 527. *Loſch. loco cit. fol. 262.*, ut ſecundùm regulam *Text. in l. Præcipimus, §. Quidquid, C. de appellat.* dicit dictus *Juſtinianus in l. 3. Cod. de quatriennia præſcript.*, ſub his verbis:

,, Sed ſcimus hoc quidem in Fiſcalibus alie-
,, nationibus graviter obſervari; ſed non ſi-
,, mili modo rem fuiſſe obſervatam circa
,, eas res, quæ à ſacratiſſimis Imperatoribus,
,, non à Fiſcalibus rebus, ſed ex privata eo-
,, rum ſubſtantia procedunt, quod ſatis irra-
,, tionabile eſt.
,, Quæ enim differentia introducitur: Cum
,, omnia Principis eſſe intelligantur, ſive ex
,, ſua ſubſtantia, ſive ex Fiſcali fuerit aliquod
,, alienatum? eodemque modo, & ſi à Sere-
,, niſſima Auguſta aliquid alienetur, quare
,, re eadem non utatur prerogativa?
,, *Subdit*: Quæ omnia reſecantes per hanc
,, generalem, & in perpetuam valituram
,, legem, ſancimus omnes alienationes de
,, ania procedentes, ſivè à Noſtra Clemen-
,, tia, ſivè à Sereniſſima Auguſta Conjuge
,, Noſtra; ſivè ab iis, qui poſteà digni fue-
,, runt Nomine Imperiali; ſivè alienatum
,, quidem eſt, ſivè poſteà fuerit ſine omni in-
,, quietitudine permanere, ſivè eas via per
,, nos metipſos, ſivè per Procuratores (ex
,, Epiſtalmate tamen noſtro) fuerint aſſi-
,, gnatæ: Et nemo audeat eos, qui res acci-
,, piunt per quemcumque titulum alienatio-
,, nis, ſivè mobiles, ſivè immobiles, ſivè ſe
,, moventes, vel jure incorporalia, vel pe-
,, nes civiles Judicii afficere: vel ſperare ali-
,, quam contra eos eſſe ſibi viam apertam,
,, ſed omnis aditus præcludatur, omnis mo-
,, tus, & ſpes hujus petulantiæ, ſed adverſus
,, domos noſtros habeant intra quatrien-
,, nium tantum ſecundùm imitationem Fi-
,, ſci; quas exiſtimant poſſe ſibi competere,
,, actiones in rem, vel Hypothecariam: Ut
,, ex noſtra juſſione cauſa moveatur, & com-
,, petentem [matur] affectum: Quod ſi
,, quatriennium fuerit amenſum, nec adver-
,, ſus noſtram, habet quis quamcumque actio-
nem *ita Gloſſa hic Cynus hic, & Bartolus ſuper conſtitut. extravag. ad reprimendum §. totius Orbis; & Gizzarel. deciſ. 1. n. 18. dicit quod Bartoli, & Gloſſæ opinio ſit communis.*

Hinc ex præfato Textu colligitur, quod ſi adeſſet talis diſtinctio Fiſci; Majorem gradum obtineret, Fiſcus privatus Principis, quam publicus.

Si Fiſcus habet Privilegium adictionis in diem, non poteſt habere aliud Privilegium pacti inſiti, quia multiplicarentur privilegia, & ſpecialia; *Gloſſ. ſing. in l. 1. C. de Doct. Promiſſ.*, & *in l. cum poſt. §. Gener. ff. de jur. dot. in ver. non placuit; Et ita tenet Viſitat in Topet. d. l. 1. ſol. matr. num. 17. Bald. de Bartolin. ibidem n. 124. Bologn. n. 219. Surd. naviſ. deciſ. 96. n. 4. poſt Jaſ. §. fuerat n. 52. Et Aret. in l. ſi aliquam rem n. 3. ff. de acq. poſſ. Et Felin. in Cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, ext. de Jud. n. 12. poſt Oldrad. conſ. 79. relati à Gizzarell. ciſ. 1. n. 52.*

Sed de hoc articulo ſatis profusè loquutus noſter Collega.

Regens Galeot. in Reſp. Fiſc. 23. refert decretũ Supremi Coll. Conſ. dictantis alienationẽ bonorum Regalium, & Demanialium Regalis Patrimonii: Improbat *de Alex. ad Regent. de Marinis melior. 56. n. 5. ſed Præſid. Lanar. in addictionibus Joan. Ant. Lanarii in cap. 1. de his qui feud. dare poſ. n. 21. in fin.* dicit ibi: *Quidquid tamen ſit de hoc articulo revocationis Privilegiorum Demaniorum Reges Juſtiſſimi hujus Regni nunquam voluerunt uti dicta plenitudine poteſtatis; Refert in puncto (Cannet. in extravag. ſi aliquem in q. incipit. Et quia n. 3. fol. 266.) Et ideò quoties contingit ad inſtantiam Fiſci regalis Patrimonii tractare de alienatione aliquarum Terrarum Demanialium; præcedentibus etiam ordinibus Ca-*

ibo-

Digitized by Google

ſtolicæ Majeſtatis , *contradicentibus Univerſitatibus ſemper cauſæ fuerunt remiſſe ad jus* , *& juſtitiam* . *Unde dum annis præritis fuit prætenſum procedi ad venditionem Terræ Graguani* , *qua mediante pecunia obtinuerat Privilegium Regii Demanii perpetui abito recurſu ad Regiam Majeſtatem* , *fuit ordinatum* , *quod anditis Partibus Regia Camera faceret conſultationem* , *& introducta cauſa in prædictam Regiam Cameram*, *& auditis efficaciſſimis rationibus prædictæ Univerſitatis* , *me patrocinante in cauſa prædicta non fuit amplius loquutum* , *& ſic otiam ſuperſeſſum reſpectu aliarum Terrarum* , *& Univerſitatum* , *quæ habebant eodem* , *& minora jura* : *Et in hoc ſunt mirandi Reges Catholici* , *& Chriſtianiſſimi noſtri temporis* ; *hac Lanar.*

*Staiban. tom. 2. reſol.*178. *n.* 24. dicit, quod probatio ab eventu optimè concludit cũ *Everard.arg.*21.*ab effectu n.*1.*&* 2.*Gratian. diſcept. forenſ.cap.* 755. *n.* 43. *Caſtrenſ. in l.debitor in princip. ff. ad Trebell. cum Bart.*, *Ang.* , *& aliis.*

Hic autem expeditis ad ultima propoſiti puncti deveniendum eſt in quo diſcimus quod Pactum inſitum reluctet Ordines Reales , & Regias Pragmaticas uti facile ; & clare percipitur *Prag.* 75. *de offic. Procuratoris Ceſaris* mandat *in* §.115. *Que mi Avogado Fiſcal deſpues de averſe becho el remate de la renta no pueda pedir* , *ni demandar à ninguno de los arrendatores de mis rentas Reales coſa alguna per cauſa ò razon de dezir* , *que en los dichos arrendiementos huo lecion en el precio* : *Nique por eſta cauſa ſe le ſea quitato el arrendemiento* : *y lo miſmo mando que ſe guarde y obſerve reſpeto de los arrendadores*, *y que ninguno dellos*, *deſpues de becho el remate legitimamente no es admitido* , *ni pueda dezir* , *ni alegar* , *que ſi fue engañado* , *reſpeto de lo que la renta valia al tiempo del contraecto*, *aunque diga que fue en la mitad del juſto precio* , *& Altimar. in Poſtilla* dicit læſio ultra dimidium à nemine allegandа cõtra ſubhaſtationem: *Tex.in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* dicit ſic *ſi Venditor deceptus re ipſa ultra dimidium juſti pratii* , *poteſt pratium reſtituere* , *rem recuperare* , *niſi emptor malit juxtum pretium ſupplere*: Si Rex mandat in contractu etiam læſivo , & auxiliato à lege dictante reſtitutionem pretii , & accipere rem , mandante (*que nole ſea quitado*) igitur expreſsè prohibet pactum inſitum, nam ex pacto inſito offertur prætium, & accipitur res ; hoc eſt expreſsè vetitum etiam in contractu læſivo , & eſt contra ordines reales ; Si eſt vetitum in contractu imperfecto, & auxiliato à lege, quanto fortius in contractu purò : Si vinco vincentem te , multo fortius vinco te ; *l.de acceſſionibus ff. de diverſ.& tempor praeſcrip.*& ſequeretur abſurdũ, quod ſemper debet evitari *l. nam abſurdũ de bonis liberis*, & ubi eſt eadem ratio, vel major , vel æqualis idem jus eſſe debet *l.illud ff.ad leg. Aquil.Non diſſimilis Pragmatica* 71.*de offic. Proc.Cæſ.*, *& dicta Prag.*75.*num.*114.

Nec adverſarius opponat, ordines reales, & Pragmaticas loquutas fuiſſe de locationibus , non de venditionibus ; (*Hoc non eſt verum*) tamen de jure ſunt exequata conductio , & venditio , & eiſdem regulis judicantur *Tex. in l.* 2. *in princip. ff. locati inſtit. eodem tit.* §. 1. , *Staiban. de intereſſe tit.* 10. *q.* 1. *num.* 1. , *& nos ibidem cum modernioribus* ; *Imo Conſtans* : *Super dicto ordine reali* , & in dicto §. 115. *tomo* 2. loquitur de venditionibus diverſarum rerum regalium, & ſi dicat læſionem invenditionibus ſubhaſta in ſeſta obſervari: quæ ſubhaſtatio in Rege vendente non requiritur: *Barr. pract.obſ.obſer.* 19. *n.*6.*Cent.*4. *de Pont. in lectura feudali de his qui feud. dar. poſſ. lect.* 8. *n.* 14. *dicit*; *Et propterea Domini Proreges* , *qui tenent mandata Regum* , *ſoliti ſunt vendere abſque ſubaſtationibus*, *quia reputantur*, *ac ſi Reges ipſi venedictiones celebrarent dicit Tex. in l.*1.*ff.de offic.Precur.Caſ.tradit hac Jacob.in ſua inveſtit.in verb.Princeps*, *limit.*7.*Affl.in Conſt.Reg. Doganæ ſecreti* 7.*notab.eleganter Minad.in repet.Cõſtit.in aliquibus not.*5.*n.*7. *& ita fuit deciſum in Reg. Cam. facta relatione inCollaterali*, *in cauſa Sigilli*: *Reg.Cancellaria inter heredes Franchi Larcatii* , *& Fiſcum* .

Secundum puntum non competit Regio Fiſco allegare adeſſe pactum inſitum in officiis non autem in feudis, nam ſi adeſſet in officiis eſſet etiam in feudis cum ſint exequata . Cum Fiſcus dicat non dari pactum inſitum in Feudis: *In ſecunda pagina à tergo* §.*vivan ſicuri* ſub his verbis (*Vivan ſicuri adunque i Privati tutti Poſſeſſori delle robbe Fiſcali da ſereniſſimi Re di queſto Regno à lor beneficio giuſtamente pervenuti*.

Vivan

Digitized by Google

Vivan pur ſicuri i Baroni ; e Feudatarj ; e godan queſti de' lor feudi, quelli de' loro beni ; ſgombrino affatto gli uni, e gl'altri dalla loro mente ogni panico timore, che non già lo zelo del Publico bene, ma l'altrui malizia hà cercato forſe introdurvi) concedere debet, nec etiam dari in officiis, & ſignanter in dicto officio ſtateræ, nam ſunt exequata officia feudis, non ſolum in ſuccedendo, ſed quoque in alienando, ut *Com. DD.* docent ac per *Reg. Prag.*, *& ordines Regales*, habemus. Si concedimus pactum inſitum in officiis, concedere debemus etiam in feudis, inſuper dato pacto inſito pretenſo inſurgit magnum detrimentum hujus Regni, ac procedi deberet ſecundum regulam juris, quod prius in poſterioribus locus ſit.

Quod de officio ad feudum valeat argumentum *Rocco de offic. Rub. 19. num. 5. fol. mihi* 378. dicit: *Et merito, nam illud commune dicterium (ſive dictum in omnes) ut ex Feudo ad officium valeat argumentum ex dictis per Andr. in cap. 1. de Feudis num. 52. Boer. deciſ. 350. num. 4. Jo: Faber in l. nemo C. de aſſeſſoribus: Lup. in cap. perveſtras ſuper rubrica num. 6.*

Andeangel. de Regalibus officiis q. 21. num. 9. hic dicit. Propterea validum erit argumentum à feudo ad officium ita Iſern. in cap. 1. num. 10. in fine de his, qui feud. dare poſſunt. Ubi addentes in verbo à Publico, & in cap. 1. num. 14. de capit. Corrad. Camerar. in cap. Imperialem fol. 27. lib. 1., Anna alleg. 103. num. 3. Reg. de Ponte deciſ. 28. n. 5. Franc. de amicis in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſ. fol. mihi 63. ſubdit, & hinc videmus omnia ferè dubia, quæ occurrunt circa officia, determinari per leges Feudorum, quæ ſunt eis proxima, & vicina, & veritatem iſtam etiam ipſi met contrarii fatentur: Notat Montan. in cap. de Regalib. offic. num. 61. Regulam conſtituit in Materia differenti, licere argumentari de feudo ad officia, & alibi ſæpe idem affirmat: Hinc ſingulariter docet Frecc. de ſubfeud. in cap. quis dicatur Comes num. 1., & 2. Et ab initio feuda Comitum celebantur in officium, deinde cœperunt ad hæredes fieri tranſmiſſibilia, & merito Peritiſſimus vir ille D. Camillus de Medicis Advocatus Fama percelebèrrimus inter feuda, & officia germanum, & frequentem paritatem conſtituit, alaque origine viſa, & progreſſu convenire, affirmat in ſuo Conſilio 169. num. 13., & ſequenti: Occurrendo contrariis Taſſon de anteſat alleg. 42. num. 96. folio mihi 200. Card. de Luca de Regalibus diſcurſu 30. num. 6. diſcurſ. 5. num. 21. cum Larrea alleg. 22. num. 31., & 32. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 25. num 7., & 10. ſum ſeqq.

Et Reg. de Filippis diſſ. 39. num. 28. dicit: ex quibus ſatis nitet, non modo officia prout feuda Conſtitutionum aliiſque ſpecialibus Regni Juribus regulari, ſed inter digniora, ac nobiliora Quaternata feuda dubio procul enumerari, adducendo ordines Regales Philippi IV. Recolendæ Memoriæ ſub die 20. Augusti 1664. ſub num. 39. ſub his verbis declarando aſſi miſmo, que la ſubceſſion de los officios, que ſon di mi Regalia ſe haya totalmente da regular de la ſubceſſion de los bienes feudales, egualandoſe aſſi los officiales y feudos, aunque mas apretadamiente ſe proceda en los officios, que en los feudos; haviendo ſido eſta mi real Intencion; aſſi en los Conceſſiones hechas haſta à qui, como en las que adelante ſe hizieren, y no en otra manera y aſſi os encargo, y mando lo agais noticia deſta mi orden, y declaracion, que ha de tener forma de Prammat. Sancion.

Eodem quoque die præfatus ſereniſſimus Monarca conſulto cenſuit Tribunali quoque Regiæ Cammeræ reſcribere in predictis, æquiparando regalia officia feudis, quo ad ſucceſſionem, & alienationem *dictus Deſilipp. l. c.*

Marad. Pract. obſ. obſ. 72. num. 98. dicit in fortiori caſu ſi litteræ Regiæ fuerint ſcriptæ in particulari caſu, faciunt tamen, & inducunt diſpoſitionē in caſibus ſimilibus per Teſtum *in l. 1. ff. de Conſtit. Princip. cum Angel. in l. item veniunt 22. §. ceterum, ff. de petitione hæritatis, Jaſon, Jacobin. penes ipſum.*

Imo Præfatum Reale diploma à Sereniſſimo Carolo Secundo fuit inſertum in *Prag. 4. de offic. ad Reg. Majeſt. Collationem ſpectantibus, & datum Matrid.* 1675.

Prag. ſecunda data in *Villa Bruſſellenſi ſub die 25. menſis Aprilis 1558. expreſſè ponit officia ſtateræ, ut in num. 90.*; En la Duana de la Civitad de Gaeta.

El officio de Peſador de la dicha Duana.

Eadem Prag. num. 94. En la Duana de Orton à Mar.

El officio de Peſador, en el Puerto de Santo Vito.

Eadem Prag. num. 98. En la Duana de Tierra de Barleta.

El Officio de Peſador de la dicha Duana.

Eadem Prag. in num. 138. En el fundaco de la ſal de Polipaſtro.

El Officio de Meſurador nel dicho fundaco, e nel num. 139.

En

En el fundaco de la Sal de Caſtel à Mar de Stabia.

El officio de Meſurador en el dicho fundaco. Et ibi ad ſunt alia officia Ponderum, & Menſur.

Quæ *Prag.* eſt in eadem Rubrica *Prag.* 3. exprimẽtis pręfata officia eſſe Regalia, & exequata feudis, nam Rubrica attendenda eſt ad decisionem Cauſarum, ut notat *Ottobon. deciſ.* 269. *num.* 17. & *apud Celſ. deciſ.* 152. *num.* 11. *Manſ. Conſul.* 110. *num.* 11. & *Conſult.* 100. *tomo* 11. *num.* 27., & denotat Naturam, ſive qualitatem legis Rubrica; *Card. de Luca de Dote diſcurſ.* 108. *num.* 9.

Dum clare conſtat eſſe æquiparata officia feudis, procul dubio concedendum eſt, quod in uno diſpoſitum fuerit, in altero etiam diſpoſitum fuiſſe *cap. miramur non modicum* 7. *de ſervis non ordinandis*, concinit in *argum* Ulp. *lib.* 67. *ad adictum in l.* 1. *ff. de legatis* 1., dicens per omnia exequata ſunt legata fideicommiſſis, commune eſt ergo eorum Judicium; *Decius in cap. translato* 3. *in prima lectura num.* 2. & *ſeq. de Conſtitut., Cencius de Cenſib. parte* 3. *Quæſtione* 2. *num.* 7.

Quoties igitur non videmus pactum inſitũ in feudis, nec etiam in officiis. Et è contra, cum talis ruina, & inelutabile malum in feuda ſe diſtenderet, quæ major bonorum, ac Regni jacturam. Nullus equidem feudorum Dominus ejuſdem feudi incrementũ curaret, at exauſto utilitatis commodo, ea potius dilapidaret; timeretur equidem, ne cum ipſe feudum in nobiliorem, & commodiorem modum reduceretur Regius fiſcus vi pacti inſiti, denuo ſibi reſumeret; at tunc labores expenſæ, ceteraque prò feudi fœlicitate abſumpta ipſi emptori deperderetur; nã licet refectio meliorationum promitteretur, ſemper certum prò incerto, liquidum prò quæſtione commutaretur; ne igitur inutiliter Domini tot curas, & fortunas in alterius commodum deperderẽt, feuda potius in pejori, quam meliori ſtatu, qua à fiſco receperunt, relinquerent; unde quæ mala quæ pernicies ſumma Regni enaſceretur ex hoc pacto inſito, ſub oculis omnium conſideranda potius, quam ſcripto perlegenda relinquimus. Nec aliter dicendum de officiis, quibus tempus quãdoque incrementum, quandoque tribuit decrementum ſi autem Regius fiſcus in eorum decremento non inſurgit vigore pacti inſiti, inſurgit in augumento, & ſi contra Tex.

At quando recenſità mala aud unquam inſurgeret, nec unquam timèretur, ſemper incedendum eſſet directione legali *textus* incipiendo ab ultima venditione regalium, & feudalium rerum, non autem à prima dum dicit text. prior in poſterioribus locus ſit, *l. ſi libertus in finè ff. de jure patron.* De Ponte in lect. feud.

Ultimo talis inſtantia eſt contra mentem C.&C.M. contra jura, ac mentem Sanctorum Patrnum.

Hoc tertium, & ultimum punctum propoſitum exponit quod talis novitas pacti inſiti ſit contra conſuetudinem hujus Regni, ac contrà documenta Sanctorum Patruum, leges, & hiſtorias, ac contrà Ordines Regales, & Regias Pragmaticas.

Mos eſt longa conſuetudo de moribus, tantũmodo tracta *Can. illud breviter* 4. *diſt.* 2.; & mores hominum communi uſu approbati legem conſtituunt *Can. omnes leges diſt.* 1. & dicitur jus commune loci *l. omnes populi ff. de juſtitia, & jure cap.* 1. *in fine extra, de lite pendente, Surd. conſ.* 8. *num.* 14. & *conſ.* 100. *n.* 12., *Rovit. conſ.* 1. *n.* 2. *Manſ. conſul.* 100. *n.* 27. *tom.* 11.

Si de jure communi eſt ignotum tale pactũ inſitum, imò expreſſe vetitum Fiſco, & militibus, *l.* 3. *Cod. de reſcindenda venditione l.* 7. *Cod. eodem*, de jure Regni quoque, imo nunquam conſuetum, ut extenſo calamo, à præclariſſimis viris noſtris Colleghis dictum fuit.

Nec publicam quietem quiete vivere pateretur contrà voluntatem invictiſſimi noſtri Regis, dicit *Staib. reſol.* 200. *n.* 51. ſub his verbis; *hoc etiam Princeps rectus debet pro ſubditis voluntarios labores aſſumere, ut quietem eis præparet, verba ſunt aurea Imperatoris Juſtiniani in Authent. ut Divi in ſubſcript. col.* 8. *in princ.*, & *in Authentica, ut Judices ſine quoque ſuffragio, in princ. col.* 2., *non minus ſunt aurea verba Pontif. in Procm. lib.* 6. *Decretalium dicentis, noctesque tranſimus inſomnes, & illas ſub æqualitate dierum tranſeuntes, ut ſubditi ſub omni quietudine vivant; ſimilia verba aliorum Principum, &c. hæc Staib.*

Si quietem habere poſſint Proceres, & Magniati, Titulati, & Barones, Civiles, & Populares, dum omnes vivunt aut cum feudis, aut cum Regalibus, ſi tali lege aut pacto inſito ſubjacerent conſideranti patet?

Quando ſemper conſueto, & antiquo deferendum ſit *Can. conqueſtus eſt*, & q. 3. *Can.*

contra

Digitized by Google

contrà ſtatuta 7. in fine 25. q. 1. cap. quando perſonam tuam 3. de tranſlatione Epiſcopi: nec planæ ſunt immutanda, quæ per vetuſtam habuerunt interpetrationem *l. minimè ff. de legb.*

Caſſiodorus lib. 52. refert: Quæ dixerat Cæſar Auguſtus in præceptis bene adminiſtrandi Reipublicæ, ibi: *Hæc primum tradit antiquos mores firmiter retinere, neq; quidquam in iis mutare: nam quæ eadem ſemper manent, & ſi ſint non nihil vitioſa, utiliora tamen ſunt his quæ ſubinde etiam ſi in melius innovantur.*

Duarenus in tit. de Conſt. Princ. tit. 4. cap. 1. fol. 11. dicit. *Deniq; non minus eſt periculi in malis legibus condendis, quam in novis conſtituendis. Adde, quod ſicut victus ratione mutata, nocet valetudini: ità legum mutatione, publicus ſtatus perturbatur. Quid immanius, aut magis barbarum* Bactrorum, *ſine lege, ſine inſtituto, & conſuetudine, qui canibus, ad hoc ipſum nutritis, obiiciebant ſenes? tamen cum Alexandri præfectus Nicanor id emendare voluiſſet, tantus indè motus, tantaque perturbatio exorta eſt, ut penè amiſerit Provinciam auctor eſt* Hiero. lib. 2. in Jovin. ſubdit. *Tum, & illud Plautinum* Nota res mala optima eſt. *Quod ſi veterum exempla requiramus, memorabilis eſt Locrorum lex, de qua cujus agit Demoſthenes in oratione contra Timocratem, qua cavebatur, ne quis novam legem ad populum ferret, niſi inſerto prius in collum laqueo eam populo exponent. Quod ſi lex populo placeret, ei parceret, ſi verò ei lex diſpliceret ſtatim ſtrangularetur inſignis equidem hiſtoria; Eam refert Livius de Pacurio Calavio lib. 2. & 3. in prin. in hac verba deſinens;* Notiſſimum quodque malum maximè tolerabile eſſe. Hęc Duaren.. *Et* Gloſſella marginalis in L. 2. ff. de Conſt. Princip., allegat Platon. Ariſtotel. Hippochr. Aphoriſ. lib. 2. Aphoriſ. 51. *Navar. de reddit. Eccleſiaſt. q. 1. mon. 12. n. 1*

Contrà ordines Regales, editos *in Prag. 2. de officiis ad R. Maje. Collat. ſpecta. in n. 66.* El officio de Aſſeſſor del dicho Maeſtre Portulano eſta enagenado *in perpetuum.*

„ *In num. 89.* El officio de Duenero de la di-
„ che Duena que eſta enagenedo *in perpetuũ.*
„ *In num. 98.* El officio de Peſedor de la dicha
„ Duana que eſta dado *in perpetuum.*
„ *In num. 140.* El officio de ſuodaquero de
„ Antonio Imperato *in perpetuum.*
„ *In num. 155.* Otro officio de Credencero.
„ El qual tiene *in perpetuum* Marc' Antonio
„ Cimino.
„ *In num. 173.* El officio de Protontino de la
„ Ciuded de Trani, el quale tiene *in perpe-*
„ *tuum* Goffredo Palagano.
„ El officio de Protontino de la Ciuded de
„ Manfredonia el qual tiene *in perpetuum*
„ Ector de Paziis.
„ La Meſtrodattia de la Ciudad de Tarento
„ que eſta enagenada *in perpetuum. Subdit*
„ *dictus Regalis Ordo.*
„ Le qual proviſion y orden heſta tanto que
„ otra hezeremos os encergamos y menda-
„ mos ſe obſerve, y cumple inviolablemente
„ como ertiba ſe contiene por voe el dicho
„ nueſtro Viſorey Lugarteniente y Cepiten
„ Generel. ſin que contro le forme y tenor
„ della ſe entente ni haga proviſion ni nove-
„ dad alcuna por quanto eſſi procede de
„ nuoſtre determinada voluntad. Y porque
„ podrie ſer, que en el dicho Reyno hovieſſe
„ otros officios que no eſteo en eſta relazion
„ ò que ſe huvieſſeo de creer de nuevo, en
„ eſtos nos reſervamos el declarer à ſu tiem-
„ po lo que ſe haverà de hazer.

Si ordo Realis eſt nil contra innovari, & inviolabiliter propoſitam obſervari, quia factum eſt, ex determinata ſua voluntate, dicẽdo (*ſin que contro la forma y tenor della ſe entente ni haga proviſion ne novidad alguna*) quomodo nunc tam facile cõtra ordines regales aliquid innovare ſupponitur.

Sereniſſimus *Rex Carolus II. ſub di 24. Novembris 1675.* ordinavit nihil innovari, quoad officia conceſſa ex cauſa oneroſa *pragm. 3. eod. tit.*

Nam Rex ubi voluit dixit, ubi non dixit noluit *l. 1. §. Sin autem de cadut. tollen. de Ponte de Poteſt. Proreg. tit. 5. de tractis n. 9. in fin.* Et hæc de pacto inſito huc uſque controverſo, reliqua adhuc non nota cum proponantur Deo auſpice reſolventur.

Ex his conſiderandum proponitur ſi pactũ inſitum eſt contra jura, contra ordines Regales, contra Regias Prag., contra mẽtem Suæ C. & C.M., contra conſuetudinẽ hujus Regni, & veterum praxim, quomodo igitur blando vultu poſſunt jurgia formare, præciſe cum leviſſima pax, & quies ſumma occupent theatrum publicum hujus Regni ſub Eminentiſſ., ac Vigilantiſſ. Domino Prorege in cujus conſpectu lites, & crimina ſilent, moderantibus etiam quæſtionem hanc præſtantiſſimis, & ſemper laudandis hujuſce Regiæ Junctæ Miniſtris, eſſet equidem ſibi vindicare illud, *Ezech. & in pace amaritudo mea amariſſima*, quod omnino unquam credendum. Neap. 15. Novembris 1723.

VA1 1522910

Nicolaus Sianus.

Digitized by Google

FACTUM
ET
JUS
PRO
Don Dominico de Grazia, & aliis,

ADVERSUS

Regium Fiſcum

In Regia Adjuncta.

Ill. Marchio de Valletta
Reg. Conſ. & D. Cauſa Comm.

Digitized by Google